



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

19. Dies Maii. In uno, eodemque opere malo, diabolus suggerit, homo
consentit, Deus deserit. S. Augustinus contra Faustum. I. 14. c. 11.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

pectoris limites non sit transfugium. Sis licet tutus, nunquam eris securus: non plus quam reus sub carnicis securi. Semper pavet, etiam dum pavenda studiosissime cavet: metuit ubi nihil occurrit metendum, licet non sint inimici quos timeat, in se habet quod timet. Fugit licetorem, evasit spiculatorem, non sufficit, se tenebit: nec a se unquam ut securus sit obtingebit. Formidabit etiam tutus, etiam tuta. Non potest animo considerare, licet in Tyranno invenierit fidem. Simili planè in nosauctor naturæ animadvertisit supplicio, ac barbari illi, qui mortis reos alligabant cadaveribus, ut fætore torquerentur. Alligata nobis est pœna post culpam, cuius cadaver restat, pavor, pudor, dolor, *& nocte dieque suum gestant in pectore testem.* Infestior est talis animo testis, quam collo prædonis suspendendo restis. Nullum itaque tam afficit damnum, quam conscientia damnans. Est enim miserrimum genus miseriæ, conscientiæ suffragio fieri miserum. Et quod est omnium caput, nullum non scelus capitale cuique apud se est, etiam post indulgentiam omnium. Quid prodest, si omnes eum absolvant, dum, quæ est instar omnium, conscientia illum condemnat. Audi Poetam:

*Si quis delinquit, prout Paulus Apostolus inquit,
Qui consentie, fit reus ipse rei.*

19. DIES MAII.

In uno, eodemque opere malo, diabolus suggerit, homo consentit, Deus deserit. S. Augustinus contra Faustum. l. 14. c. 11. Cor.

Majus.

Peccatum ,
Deum animo
demitit, diabo-
lum admittit.

I.

Tessera.

379

Cor hominis justi , est
Prætorium S. Spiritus ,
Numinis palatium, Re-
gia Dei, at verò ubi sug-
gerenti diabolo malum , homo consentit , jam Deus
illud deserit : & tunc sit verè desertum, tum subito in
cor subit dœmon , ibique figit sedem , & infligit cla-
dem , ac virtutum omnium cædem ; ibi tyrannidis so-
lium ponit , ibi regnat , & regit , & furit , inde ut flam-
ma spargit in omnem partem incendium , ventilat fa-
ces , congregat fœces : p. o. qualia tunc in corde ino-
litur ! Inde spicula ignea torquet in animæ facultates ,
deinde in omnes sensus , tandem in partes vitales , ad in-
ferendam perniciem . Inde spargit fumantem cruorē
cit a cor , ut iram incendat ; inde vulnerat jecur , ut
impotenter amet ; splenem ferit , ut lasciviam exciter ,
& risum , ut sit verum commune proloquium : *splen-*
ridere facit, cogit amare jecur. Ardentem inde phalari-
cam jacit in oculos , ut Paphia pedissequas , ferat in
oculis , habeat in dæliis : aures aperit ad excipienda
putidula verba . Inde spissas nebulas obtendit memo-
riæ , ne quis aut Dei quas intentat minarum , aut ejus-
dem quas contulit gratiarum , reminiscatur . Quoties
illudit menti , & pro veritate inducit spectrum è men-
daçis conflatum , exitialia enuntiat pronuntiata .

II. Hæc enim illius imposteris sunt dogmata , hæc
illius erroris axiomata : Non esse peccatum , quod
verè peccatum est , meretricios amores videri con-
cessos , licitum perjurium , non illicitum adulte-
rium , fraudem conferre laudem , versutiem esse de-
xeritatem , unde nihil timendum sinistri . Vindictam
esse de hoste viatoriam , expromptam adversus
inimicis

inimicum crudelitatem, esse magnanimitatem, Deum offendit, non esse tam severum offendit iudicem, offendit & vindictam: sufficere unum suspicium, ut aboleatur omne flagitium: satis esse ut obliteretur litura peccati, semel dixisse, Peccavi. Inde impunit in voluntatem, ut affectus præposteros inflamat, avaritiae, libidinis, invidiae, ambitionis. Hinc ut tam tetra, & horrifica sit animæ species, ut si eam intueri fas esset, impios remis, atque velis fugeremus. Imò tanta est ejus enormitas, & formæ fœditas, ut si videri posset humanis oculis, nemo esset tam prædictus animo, atque robusto, nisi Dei præsidio corroboratus, qui non subito post larvæ intuitum, emitteret spiritum. Hic modò quantum potes tantum stupere, quia majus omni fide, hominem tam facile infamis est, nescio cuius desiderio abreptum, non alieno vi, aut impulsione, sed dæmonis inimici sui suggestione sponte suâ, telo illo transverberari? Quo voluptate, & uni serviatur, aut dignitatis alicujus inani bullenteatur, aut vilis metalli fulgor arcâ claudatur, quo animo præfervida ira, vel aliâ perturbatione æstuanti fiat satis. Sic ruit apertis oculis, animo gestienti in horrendum omnis infelicitatis, nullo unquam sacculo exauriendæ, barathrum.

III. Cùm verò admisso jam dæmonie, Deus egreditur ex corde, quām oportet calamitosum esse animatum. Nam à bono recederet tam malum est, quām ipsum est bonum: infinitum prorsus, si ab infinito. Cùm verò bonum illud intelligentia sit præditum, ut se summum bonum cognoscit, & pariter amat amore, qui potest esse maximo, oppositum etiam malum intelligit, simulque odio persequitur quām potest maximo,

Majus.

Tessera.

381

maximo, idque illa naturæ lux vi, & necessitate, ut non magis possit malum non odisse, quam se bonum non amare: neque odium illud ponetur citius quam ipsa Dei natura. Itaque æterni huminis, æterna est ira. Hoc denique malorum omnium est postremum, bellum est funestissimum, implacabile, nullâ unquam pace componendum, nullis aliquando quieturum induciis, mutuis semper odiis arsurum: Odiis heu existibis! Quid funestius? Ejus amore prohiberi, qui naturâ suâ bonum est, & tuum bonum? Inimicitias cum illo capitales exercere, non impetu aliquo animi mox transituro, sed vi naturæ immutabili? Quid? Illius odium pati, cuius natura bonitas, cuius amor tua sit ultima felicitas? cuius odium infelicitas tibi sit ultima? O execrandam, & supra omne aliud abominandam peccati malignitatem! Pone barbaram quamecumque inhumanitatem, accerse omnium Tyrannorum inhumanitatem: objice omnem sævissimorum, & (si placet) ipsorum inferorum rabiem, & dæmonum furias: In unum omnia conjice cumulum; non pluris faciet æquus rerum arbiter, quam pictam in tabula flammarum, si quidem cum malis, quæ à peccato inferuntur composueris. O patricidalem Adami manum, quæ ori admovit vetitum pomum: Nam

Omnem bonum pomo, perdidit omnis homo.

20. DIES